Universitätsbibliothek Paderborn

Generalis Totivs Sacri Ordinis Clericorvm Canonicorvm Historia Tripartita

Pennotto, Gabriele

Coloniae, Anno M.DC.XXXXV.

Capita Libri Primi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38634

Visual Library

CAPITA LIBRI PRIMI.

I. CVjuſnam inſtituti Regularis, vel habitus fuerit Sanctus Doctor Auguſtinus, dubium proponitur, & occaſio dubitãdi aperitur.

II. De Regulari Sanctiſsimi Patris Auguſtini inſtituto quorundam opiniones minus probabiles referuntur.

III. De Sanctiſsimi Patris Noſtri Auguſtini inſtituto, vera ſententia quibuſdam Propoſitionibus explicatur, & ad illam probandam nonnulla fundamenta conſtituuntur.

IV. Pro eadem ſententia firmanda tertium fundamentum ponitur, & tempus baptiſmi ipſius Beatiſsimi Patris indicatur.

V. Quartum fundamentum ponitur, & probatur B. Auguſtinum poſt ſuſceptum baptiſmum cum matre & ſocijs ad Oſtia Tyberina ſtatim contendiſſe.

VI. Prima propoſitio probatur, quod B. Auguſtinus ante Presbyteratũ fuerit purus Laicus, nec alicuius Regularis inſtituti, vel Ordinis profeſſor.

VII. Quod B. Auguſtinus vitam Monaſticam ſiue Eremiticam non ſumpſerit, priuſquã ex Italia in Africa rediret.

VIII. B. Auguſtinum in Africa nõ fuiſſe Monachum. & Eremitam ante Presbyteratum.

IX. Aſſertio capitis præcedentis teſtimonio B. Auguſti confirmatur.

X. Argumenta, quibus nonnulli probant, B. Auguſtinum Eremitam, aut Monachum fuiſſe perpenduntur, & ſoluuntur

XI. Alia argumenta contra eandem veritatem excogitata referuntur, & ſoluuntur.

XII. Primum Monaſterium in horto Valerij à B. Auguſtino Presbytero inſtitutum, non Monachorum, vel Eremitarum, ſed Clericorum extitiſſe.

XIII. Eadem aſſertio autoritate Poſsidij confirmatur.

XIV. Quorundam euaſio, & verborum Poſsidij interpretatio minus legitima reijcitur.

XV. Quorundam obiectiones contra aſſertionem cap. præcedenti firmatam tolluntur.

XVI. Beatum Auguſtinum vere Clericum Canonicum fuiſſe, & Inſtituti Canonici etiam in Epiſcopali domo Profeſſorem extitiſſe.

XVII. Quæ cauſa clericorum canonicorum ſiue regulariter viuentium in Eccleſia Hipponenſi inſtituendorum potiſsimæ fuerint declaratur: & non veræ exploduntur à Marquez excogitatæ.

XVIII. B. Auguſtinũ ſuam Regulã clericis canonicis non Monachis ſcripſiſſe ac tradidiſſe.

XIX. Doctrina capitis præcedentis autoritate Conciliorum. & S. Canonum confirmatur.

XX. Probatur eadem veritas. & repugnantia, quam cum vita Eremitica habet ipſa Regula B. Patris Auguſtini.

XXI. Contrariæ ſententiæ rationes aſſeruntur, & ſoluuntur.

XXII. Quiſnam fuerit clericorum canonicorum à D. Auguſtino inſtitutorum verus habitus, & quale indumenti genus illud eſſet quod Birrum vocabant, explicatur.

XXIII. De tunica linea clericorum canonicorum in Monaſterio cum Auguſtino degentium.

XXIV. Beatum Auguſtinum tam in ſecundo, quam in primo Monaſterio clericalem habitũ cæteris clericis canonicis ſecum degentibus communem induiſſe.

XXV. Oſtenditur B. Auguſtinum nunquam Eremitam fuiſſe, nec habitum Eremiticum induiſſe: Primus autor habitus Eremitici Auguſtinianorum reuelatur.

XXVI. Refugium Ioannis Marquez, & aliorum nonnullorum præcluditur.

XXVII. Confirmatur eadem veritas ex euerſione fundamentorum contrariæ opinionis, & Sermo D. Ambroſio adſcriptus de Auguſtini baptiſmo reprobatur.

XXVIII. Examinãtur, & falſitatis conuincuntur Epiſtolæ ſub nomine Valerij Hipponenſis ad Auguſtinum, & Innocentij Primi ad ipſum Valerium.

XXIX. Epiſtola ſub nomine Sigiberti ad Macedonium expenditur, & mẽdax comprobatur.

XXX. Sermones ad Eremitas à legitimis D. Auguſtini fœtibus reijciuntur.

XXXI. Iidem Sermones ſigillatim examinantur, & multiplicis erroris conuincuntur.

XXXII. Rationes a nonnullis pro dictis Sermonibus allatæ ſoluuntur.

XXXIII. Liber de vita Eremitica, & alia epiſtola Auguſtino falſo adſcripta reijcitur.

XXXIV. Sermo ſiue epiſtola ſub nomine B. Petri Damiani ad clericos, & canon. examinatur.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

XXXV. *Loca nonnulla à Ioanne Marquez falſo, vel perperam allegata indicantur.*
XXXVI. *Quamplura per Ludouicum de Angelis falso allegata reteguntur.*
XXXVII. *Falſo perperam allegata in eadem cauſa à fratre Cornelio Lancillotto.*
XXXVIII. *Prima ratio pro Auguſtini Monachatu ex nomine Monachi deducta examinatur, & qua ratione clerici canonici comprehendantur ſub nomine Monachorum.*
XXXIX. *Alia nonnullæ rationes pro Auguſtini Monachatu aſſerendo aſſerũtur, & ſoluũtur.*
XL. *Alia ratio pro Auguſtini Monachatu ex Picturis, & imaginibus cum cucula Eremitica deducta expenditur, ac ſoluitur.*
XLI. *De vario modo D. Auguſtinum pingendi Ioannis Molani ſententia.*
XLII. *Cardinalis Baronij ſententia de Auguſtini Monachatu reycitur, & plures eius lapſus in D. Auguſtini vita deſcribenda, reteguntur.*
XLIII. *Quid Azorius de B. Auguſtini Monachatu, & de fundatione S. Ordinis Eremitarum ſentiat, fideliter, & ſummariè declaratur.*
XLIV. *Probabilem eſſe opinionem, quod B. Auguſtinus præter clericos canonicos ad normam vitæ Apoſtolicæ inſtitutos, aut verius reſtitutos, nullum Ordinem Regularem inſtituerit, illum præſertim, qui Eremitarum Auguſtinenſium dicitur.*
XLV. *Ad aſſertionem capitis præcedentis firmandam alia ratio adducitur, & Eremitici Ordinis fundamenta, & tempus fundationis reteguntur.*
XLVI. *Congregationis Eremitarum Gulielmitarum fundatio monſtratur.*
XLVII. *Eremitarum fratris Ioannis Boni, de Brittinis, & de Fabali nuncupatorum, inſtitutio, modus & tempus eiuſdem inſtitutionis oſtenditur.*
XLVIII. *Congregationis Eremitarum S. Auguſtini nuncupatæ primordialis inſtitutio illiusq; inſtitutores producuntur.*
XLIX. *Rationes, quibus inſtitutio Eremitici Ordinis ex B. Auguſtino deduci videtur, examinantur, & ſoluuntur.*
L. *Expenditur quartum argum. ex quibuſdam Sermonib & bullis Rom. Pont. mutuatũ.*
LI. *Quintum argumentum ſoluitur, & teſtimonium Abbatis Ioachimi examinatur.*
LII. *De fragmento aſſertæ hiſtoriæ Lucij Dextri S. Patiani filij iudicium.*
LIII. *Errata quædam, & contradictiones in additionibus Marci Maximi ad Lucij Dextri hiſtoriam deprehenſæ indicantur.*
LIV. *Secundi generis argumenta referuntur Sanctos Fulgentium Ruſpenſem, Gaudioſum Bitinenſem, Agnellum Parthenopæum, & Hilarium Arelatenſem Auguſtinenſes Eremitas nunquam fuiſſe, demonſtratur.*
LV. *Probatur, Profuturum Epiſcopum, Paulum Oroſium Hiſpanum, Leporium Vticenſem, & Paulinum Nolanum nunquam Eremitas Auguſtinenſes fuiſſe.*
XVI. *Quod Arthuagus Gothus, Erthinodus, Ferrandus, & alij ſupra cap. 54. relati, Eremitæ Auguſtinenſes non extiterunt.*
XVII. *Argumenta tertij generis ex vetuſtate quorundam aſſertorum Eremitici Ordinis Cœnobiorum accepta afferuntur, & ſoluuntur.*
LVIII. *Regale templum, & Cœnobium D. Petri in cœlo aureo Papiæ pro clericis canonicis, nõ pro Eremitis Auguſtinenſibus à Rege Luitprando fuiſſe inſtauratum.*
LIX. *Tranſlationi Sacri corp. D. Patris Auguſtini Erem. Auguſt. nullatenus interfuiſſe, nec illos, ſed Cleric. ad eius cuſtodiã à Rege Luitprãdo primitus fuiſſe deſtinatos.*
LX. *Monachos in Cœnobio D. Petri in cœlo aureo per Regem Luitprandum inſtitutos, Ordinis D. Benedicti fuiſſe, non Eremitas Auguſtinenſes: eosq; ſub Regula D. Benedicti vſque ad Honorium Tertium in dicto Monaſterio ſtetiſſe.*
LXI. *Clericos canonicos vſque ad Alexandri, & Innocentij Tertij tempora in Eccleſia D. Petri in cœlo aureo cum Monachis à Luitprando ibidem inſtitutis manſiſſe.*
LXII. *Qualiter ſub Honorio III. idem Monaſteriũ deficientibus Monachis, per Canonicos Mortarienſes fuit reformatum, qui vſque ad annũ Chriſti 1509. ibi manſerunt.*
LXIII. *Ioannem xxij. Eremitis Auguſtinenſibus D. Petri Baſilicam, vel monaſterium, vel D. Auguſtini corpus nullatenus dediſſe.*
LXIV. *Corollaria nonnulla ex prædictis literis Ioannis Papæ xxij. deducta, quibus legitima Canonicorum poſſeſſio, tam totius Eccleſiæ D. Petri in cœlo aureo, quam illius Monaſterij nunquam interrupta probatur.*

DE

DE CLE

Sanctiſſim

AVGV
INSTI
ET HA

Liber I

CAPVT PRIMVM.

Cuiuſnam Inſtituti Regularis, vel habitus fuerit S. Doctor Auguſtinus. Dubium proponitur, & occaſio dubitandi aperitur.

I. SAnctiſsimum Præſulem Sacri Ordinis Apoſtolici Clericorũ Canonicorum Patrẽ, & Patriarcham inclytum, Eccleſiæ Catholicæ Doctorem præclariſſimum, Lumen Doctorum, Firmamentũ Eccleſię, Malleum Hæreticorum, & vitæ Canonicæ Reparatorem ſtrenuum AVGVSTINVM Vitæ Regularis inſtitutum coluiſſe, habitum geſtauiſſe cum emiſſione & obſeruantia Votorum, quæ Vitæ Regularis perfectionem continent, res eſt apud Doctos, & Eruditos quoſque tam certa, & conſtans, vt inter Catholicos, qui eam negent, vel nulli ſint, vel non eius authoritatis, vt noſtra magnopere interſit, illorum ſententiam autoritate, aut ratione confutare. Verùm cum temporibus ipſius Beatiſſimi Patris Auguſtini plures in Eccleſia Catholica Regularium Ordines extiterint, cuius Ordinis ille vel inſtitutũ tenuerit, vel habitum geſtauerit, etſi ante annum ducenteſimum circiter ſupra milleſimum hæſitaue-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN